

DE SALE CHÆREFOLII

ALIAS GINGIDII.

SAL chærefolij aut gingidij omnis generis flatus dissipat, calculos rumpit & expellit, idq; operatione leni ac miti, sed tamen excellenter penetrante ob quam causam vsus eius in corporibus teneris, nõ solum est innoxius, verum etiam valde salubris: Deniq; cum aqua cardui benedicti si propinetur lumbricos teretes alui profligat, & tormina circum vmbilicum sedat.

DE SALE PINASTELLI HOC *Peucedanum dosis*

EST GERMANICE Harstra

alijs vulgo Hirschwurk.

SAL istius herbæ mulieribus in partu vtrebrevro accidit ex nimia profusione sanguinis, vtpote spiritus & vitæ domicilium existentis deficientibus, ex vino generoso partim assidue potui datum, partim illitu frequenti circa venas temporum & nares adhibitum, summopere conducit. Præterea matricem refrigeratam & humoribus viscosis oppletam calefacit, expurgat, partum etiam faciliorem reddit.

DE SALE VERBASCI.

SAL verbasci cum vino bibitum tussientibus item febricitantibus ex frigiditate & sto.